



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**TRACTATVS|| DE CON-||FESSIONIBVS MA=||LEFICORVM ET  
SAGA-||RVM SECVNDÒ RECOGNI||tus, & auctior redditus.||  
An, & quanta fides ijs adhibenda sit?||**

**Binsfeld, Peter**

**Avgvstae Trevirorvm**

**VD16 B 5530**

Alexander VI. Dilecto Filio Angelo de Verona, Ordinis Prædicatorum, Sacræ  
Theologiæ Professori, in Prouincia Lombardiæ hæreticæ prauitatis  
Inquisitori.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41113**

*Apostolorum eius se nouerit incursum.  
Datum Roma apud S. Petrum, Anno in-  
carnationis Dominice 1484. Non. Decembr.  
Pontificatus nostri anno primo.*

**ALEXANDER VI.**  
DILECTO FILIO ANGELO  
de Verona, Ordinis Prædicatorum, Sa-  
cræ Theologiæ Professore, in Prouin-  
cia Lombardiæ hæreticæ prauita-  
tis Inquisitori.

**D**ilecte fili, Salutem & Apostolicam be-  
nedictionem.

Cum acceperimus in Prouincia Lom-  
bardia, diuersas utriusq; sexus personas, di-  
uersis incantationibus, & diabolicis super-  
stitionibus operam dare: suisq; veneficijs, &  
vanis obseruationibus multa nefanda sce-  
lera procurare, homines & iumenta, ac cam-  
pos destruere, & diuersos errores inducere,  
magnaq; inde scandala exoriri: decreuimus  
pro pastoralis officij nobis ex alto commissi  
ministerio, scelera huiusmodi compefcere: ac  
scandalis & erroribus præmissis, quantum  
cum Deo possumus, occurrere. Ea propter tam  
tibi: quàm etiam successoribus tuis, per Lom-  
bar-



*Hardiam constitutis, de quibus in his & alijs  
 plenam in Domino fiduciam obtinemus, cō-  
 mittimus & mandamus; ut etiam soli, ho-  
 nesto tamen comitatu per vos eligendo asso-  
 ciati, contra easdem utriusq; sexus personas  
 diligenter inquiratis: easq; iustitia median-  
 te puniatis, & compescatis. Et ut melius cō-  
 missionem huiusmodi exequi possitis, contra  
 illas vobis plenam & omnimodam harum  
 serie concedimus facultatem. Constitutioni-  
 bus, & ordinationibus Apostolicis, nec non  
 indultis & concessionibus, ordinarijs for-  
 san pro tempore factis, ceterisq; contrarijs  
 quibuscumq; non obstantibus. Datum Ro-  
 ma apud Sanctum Petrum, sub annulo Pis-  
 catoris, die, &c.*

## LEO PAPA X.

VNIVERSIS ET SINGVLIS  
 locorum Ordinarijs, ac hæreticæ prau-  
 itatis Inquisitoribus in dominio Vene-  
 rorum consistentibus, Salutem &  
 Apostolicam benedi-  
 ctionem.

HOnestis petentium votis libenter an-  
 nuimus, eaq; favoribus persequimur op-  
 por-

Ccc 2.

por-